



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Didacus de Orosco.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

## P. Didacus de Oroſte.

Hispanus. Mortaræ nepos, cùm puer  
 apud Te- peguanos. adhuc effet, aiebat se So-  
 cietati daturum nomen; in  
 18. Nov. 1616. Indiam transmissurum; ibi-  
 que cædendum in odium fi-  
 dei Christianæ. Apud Te-  
 peguanos passus licet durissi-  
 ma, tamen corpus tenerum.  
 flagris ac cilicijs atterebat,  
 seruando virginitatis the-  
 sauro; quem &c seruauit.  
 Mort pre- Extremo die, prædixit Chri-  
 dila. stianis; eo die sibi morien-  
 dum esse: id quod factum.  
 Etenim cùm Sanctissimum  
 Eucharistia Sacramentum  
 portaret, vidi sunt illud im-  
 pij barbari adorare. Aiebat  
 ille; præsentem istic esse  
 Deum, qui bonis præmia  
 ma-

Euch.

malis verò supplicia esset redditurus. At illi, mentiri eum dicebant ; Deum, enim Christianorum non loqui. Irruitur in sacram pyxidem (quam custodiam & ciborium vocant) sparguntur sacræ particulæ: imago Beataissimæ Virginis (quam nobilis vir posse gestabat) discerpitur; Christiani ceduntur. P. Didacum barbari osto corripiunt, & eo in altum sublato clamât id quod ab eo in sacro sèpè audierant: *Dominus vobiscum.* Respondent alij: *Et cum Spiritu tuo.* Interea unus quispiam dorsum illi, ac pectus iaculo eminus transuerberat. Humi prostrato in crucis modum explicant brachia, illo dicente: *Agerent; sibi mori præ Deo certum esse.*

*Mors.*

Tum

Tum securi sæuiens in eum  
*Cilicium*. quispiam , illum à tergo à  
 vèrtice ad imum vsque diui-  
 sit . In femore inuentum ci-  
 licium quod profundè in-  
 carnem penetrârat .

*P. Bernardus de Cisneros.*

*Hispanus.*  
*ibid.*  
 18. *Nou.*  
 1616.  
 etat. 34.  
*Soc. 17.*

*Fides.*

Anno 1605. in nouam Hi-  
 spaniam nauigauit : ubi la-  
 bores , verbera , vulnera plu-  
 ra perpessus est , ob idolum  
 euersum . Indus quidam il-  
 lum tribus plagis pectori in-  
 flictis prostrauit ; sed Bernar-  
 dus curatus est ; nec auto-  
 rem prodidit . Postea lan-  
 ceâ confixus , extremum  
 in capite vulnus accepit , &  
 obiit .

*P. Ludouicus de Alabes.*

*Indus .*  
*ibid.*  
 18. *Nou.*  
 26. 6.  
 21. 27.  
*Soc. 9.*

Claro in noua Hispania  
 genere orti Ludouici nomé  
 cùm in album baptizatorum  
 referret Parochus è S. Do-  
 mi-